



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

221. De usuris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

DE ECCLES. DISCIPLINIS. III

& ibi estructuras fecerit, vel quæ ad Ecclesiam pertinent ibidem collocaverit, & mulierum frequentationem inibi fieri permiserit, vel, quod turpius est, tales mulieres ibidem habuerit quæ lanificium suum exercent & curam domus agant, & in eodem Presbyter frequenter veniens manserit. Contra decreta canonum hoc malum agitur. Quia sicut nec suo ita nec alieno nomine Presbyter fœnus exercere debet, multò minùs fraudem facere de facultatibus ecclesiasticis: quoniam hoc sacrilegium est, & par crimen Judæ furis, qui sacras oblationes asportabat & furabatur.

De usuris. *Ex canone Apostolorum.*

CCXXI. Episcopus, Presbyter, aut Diaconus usuras à debitoribus exigens, aut desinat, aut certè damnetur.

Canon. Apostolor. c. 44.
Burchard. lib. 2. c. 119.

De eadem re. *Ex Concilio Niceno.*

CCXXII. Quoniam multi sub regula constituti avaritiam & turpia lucra sectantur, obliquo scripturæ dicentis *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram &c.* mutuum dantes, centesimas exigunt, justè censuit sancta synodus ut si quis inventus fuerit usuras accipiens aut hemiolia, id est, fescupla exigens, vel aliquid tale prorsùs excogitans, turpis lucrigratia deiciatur à clero, & alienus existat à regula.

Concil. Nicæn. c. 17.
Burchard. lib. 2. c. 120.

De eadem re. *Ex Concilio Laodicensi.*

CCXXIII. Quòd non oporteat sacerdotes & Clericos fœnerantes usuras, vel quæ

Concil. Laod. c. 5.